



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clypeus Theologiæ Thomisticæ


In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)



TRACTATUS VIII.

DE HOMINE, VARIISQVE STATIBVS Natura Humana.

P R A F A T I O .

NVLLA est infra Angelum, cuius naturam, facultates, operationes, ceteraque dores, hactenus satis explicavimus, alia nobilior homine creatura, & quae magis Auctoris imaginem referat, aut artem commendet. Vix ullam commendationem reperire est, quam tum Philosophum Theologi exquisitum adeo opus & divisorum operum compendium non dignissimum censeant. Egregie quidam ex Philosophis hominem contemplans ceteris rebus natum, pretiosum animal, & oculum quendam totius rerum universitatis nuncupavit. Sed illustriora sunt, quae Nazianzenus habet Oratione 33. dum hominem vocat alterum Angelum, mixtum adoratorem, visibilis creaturæ spectatorem, mystem intelligibilem, eorum quae in terra sunt Regem, terrenum parvum ac celestem. Pratereo quae ceteri angeli, hominem absolutissimum esse mundi compendium, temporis ac aeternitatis orizontem, fortunam, corporumque sacrum vinculum, totiusque universi hexum & hymenium, infinita Dei genita præclarissimum testimonium, molientis natura decus, opusque ejus perfectissimum, magnum miraculum, immo & miraculorum miraculum, dabo, denuo, ut olim Plato loquebatur. Sed mea quidem sententia quocunque ad commendationem hominis spectant, complexus est Moses, cum prima genesis rerum historia narrat, hominem post cetera que velut in experimentum artis praemissa sunt, Dei consilio, adhibitaque manu, quæ velut sine exciperetur, productum fuisse; siique ipsius imaginem, quantum Divinitatis lineamenta latum capere potuit, accepisse. Inferiores uox, rationis, sensusque expertes, cœlum ipsum, & quocumque cœli ambitu continentur, solo imperio, & inquit Tertullianus imperiali voce, producta sunt: Dixit & facta sunt, mandavit & creata sunt: sed erat majoris molis hominem condere: adhibetur consultatio, tota ars in ihm revocatur, & ut inquit Sapiens, cum reverentia, de prima hominis molitione, & blande verbo, ut addit Tertullianus, disponitur: Faciamus hominem. Tumultuarie quodammodo (inquit Gregorius Nissenus) creatura reliqua divina producitur, solo imperio subsistens: hominis vero structuram, consilium antecedit, & ab artifice ipso quâdam sermonis picturâ, quod futurum erat adumbratur.

Nec vero id solum ad hominis animum spectat: ipsum corpus, ipsa caro, Dei Spiritus vagina, atque Tertullianus, non solum sermone Dei constitit, sed etiam manu, propter prælationem, ne universitati comparetur, aut cum ulla universitatis creatura aspectabili, licet præfatisima, ne exceptis quidem syderibus, ipsoque Sole, jure conferri posset. Quod D. Prosper carmine de Providentia, ita eleganter expressit.

Cumque omnia verbo
Conderet, hunc manibus, quo plus genitoris haberet,
Dignatur formare suis.

Descripsit hoc quoque Prudentius in Apotheosi, versibus istis elegantissimis:

Tantus amor terræ, tanta est dilectio nostri,
Dignatur præpinguis humi comprehendere mollem
Divinis glebam digitis: nec sordida censet
Harentis massæ contagia. Jusserat ut lux
Conficeret: facta est ut iusslerat. Omnia iussa
Imperante novas traxerunt edita formas.
Solus homo emeruit Domini formabile dextrâ
Os capere, & fibro Deitatis figmine nasci.

PRÆFATIO.

Sed dēmū eam omnem commendationem hec una superat, scilicet integrā Divini Numinis imaginem, ob intelligendi vim, ob rationalem facultatem, ob liberum arbitrium, ac denique ob regiam dignitatem, & summum in inferiores res imperium, accepisse; quā diminutum quedam numen & conspicuum videri possit, & quā tantū cetera sibi subiecta superat, quantum vestigium absoluta suis numeris imago antecedit. Hinc Marius Victor lib. I. in Genesim, absolutis ceteris mundani opificii partibus, Deum de suo sibi simillimo opere, sūaque imagine sibi gratulantem, sic loquentem inducit.

Nunc hominem faciamus, ait, qui regnet in orbe,
Qui sit imago Dei, similem decet esse creanti.

Sed que hactenus diximus, omnia simul, auctoque sensu colligit D. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 9. ubi sic habet: Quamvis per coeterum Dei verbum cuncta creata sunt, in ieiunio relatione creationis ostenditur, quantum cunctis animalibus, quantum rebus vel cœlestibus, sed tamen insensibilibus, homo præferatur. Cuncta quippe dicitur, & facta sunt. Cum vero facere hominem decrevit, hoc quod reverenter pensandum est, præmittit, dicens, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c. ut videlicet quia rationalis natura condebatur, quasi cum consilio facta videretur. Quasi per studium de terra plasmatur, & inspiratione conditoris, in virtute spiritus vitalis erigitur: ut scilicet non per iussionis vocem, sed per dignitatem operationis existeret, qui ad conditoris imaginem fiebat.

Nihil est quod præterea felicitati hominis accedere potuerit, si intra naturæ limites ipsum contineas. Et sane adeo singulares dotes sunt quas hactenus explicamus, adeoque hominem supra ceteras res, & prope ipsas cœlestes mentes elevant, ut non immerito Hugo Etherianus dixerit, Angelorum emulazione quadam ferri in homines, quos natura parum infra se positos, sibi adeo proxima vident, nisi quod summa eorum beatitudine efficit, ut sibi de hominum confortio gratulentur, quia gratiae donis pares, & interdum superiores suisque ordinibus permixtos & amant & volunt.

Hec pauca præmittere visum est, ut utique alibi soleo, in commendationem objecti quod explicantur suscipio. Quantum vero ad hujus tractationis cum superiori connexionem & ordinem, nihil attinet dicere, adeo res ipsa perspecta: absoluta enim tractatione de Angelis, recta methodo postulat, ut alteram de Homine, quem Nazianzenus alterum Angelum vocat, subiungam. Vrum quia Philosophi de partibus hominis quibus componitur, anima sciunt & corpore, de partibus tum spiritualibus tum corporeis, ac etiam de passionibus, affectionibusque differunt: unum sicut est ut de variis statibus in quibus homo est, vel fuit, aut esse potuit, differat & haec Tractatio primam Theologie me parem absolvam, sub auspiciis mei Angelici Preceptoris, quem supra hunc, alterum Angelum, & utriusque nature Angelice & Humane verissimum Orizentem, sarcinam vinculum, & felicem hymenium, jure merito dixerim.

DISPU